Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Libri historiarum quatuor [Rerum Romanarum epitoma] a [Joanne] Cuspiniano castigati cum ind

Florus, Lucius Annaeus

Vienne, 1511

Bellvm Catiline. Ti. I

urn:nbn:de:bsz:31-270805

Visual Library

ciuitatem terruiſſet : profectus in Ethruriam arma inde & exer citū urbi admouerat. Sed iam miluiū pontē : collēq; Ianiculum Luctatius Catulus/ Cneus Pōpeius/ Syllanæ dominationis du ces atq; ſigniferi alio exercitu īſederāt. A ꝗbus primo ſtatī impe tu retropulſus: hoſtiſq; a ſenatu iudicatus ī cruenta fuga Ethruri am: īde Sardiniā receſsit. Ibi quoq; morbo & pœnitentia īteriit. Victores ꝙ nō tenuere aliis ī ciuilib9 bellis/pace cōtenti fuerūt.

LVCII FLORI EPITO matis liber quartus incipit.

BELLVM CATILINE. TI. I.

C Atilinam luxuria prīum: tum hic cōflata egeſtas rei familiaris: ſimul occaſio: ꝙ in extremis finibus mū di arma Romana ꝑegrinabantur: in nefaria cōſilia opprimendæ patriæ ſuæ cōpulere: ſenatum cōfode re: cōſules trucidare: diſtringere īcendiis urbē: dirripere ærariū totā deniq; Rempu. funditus tollere: & quicq̄d nec Hānibal ui deretur optaſſe. Quibus (O nephas) ſociis aggreſſus eſt/ ipſe pa tritius! ſed hoc minus eſt. Curii Portii: Syllæ: Cethegi: Antonii: Varguntei: atq; Longini: quæ familiæ! quæ ſenatus īſignia! Len tulus quoq; tūc maxime p̃tor : hos omnis īmaniſsimi facinoris ſatellites habuit. Additū eſt pignus cōiurationis ſanguis huma nus: quem circumlatum pateris bibere/ ſummū nefas: niſi ampli us eſſet ꝓpter quod biberūt. Actum erat de pulcherrimo īperio niſi illa cōiuratio in Ciceronē & Antoniū cōſules īcidiſſet: quo rum alter induſtria rem patefecit: alter manu oppreſsit. Tāti ſce leris indicium ꝑ Fuluiam emerſit : uiliſsimū ſcortum: ſed parri cidiis innocens. cōſul habito ſenatu in p̃ſentem parricidam reū Cicero perorauit: ſed nō amplius profectū q̄ ut hoſtis euaderet: ſeq; palā profeſſo incendiū ſuum reſtincturū ruina minaret̄. Et ille ꝗdem a preparatū a Manlio ī Ethruria exercitū proficiſcit̄: Signa illaturus urbi Lētulus deſtinatum familiæ ſuæ Sybillinis uerſibus regnū ſibi uaticinās : ad p̃ſtitutum a Catilina diē/ urbe tota/ uiros/ faces: tela diſponit. Nec ciuili cōſpiratione cōtentus:

legatis Allobrogũ: q tũ forte aderãt: in arma ſollicitatis. Et iſſet
ultra alpes furor: niſi altera ꝓditione Vulturii pretoris litteræ
tenerent̃: ſtatim Ciceronis impio iiecta ẽ Barbaris manus: palã
prætori ſenatu cõuincitur. De ſupplicio agẽtibus Cæſar parcẽ/
dũ dignitati. Cato aĩaduertendũ ꝓ ſcelere cenſebat: quã ſentẽ/
tiã ſecutis oĩbus ĩ carcere parricidæ ſtrangulant̃: Quãuis parte
cõiurationis oppſſa/ tamẽ ab ĩcepto Catilina nõ deſtitit: ſed in/
feſtis ab Ethruria ſignis patriã petẽs obuio Antonii exercitu op
primitur. q̃ attrociter dimicatũ ſit exitus docuit. Nemo hoſtium
bello ſupſuit: quem quis in pugnãdo cœperat locũ/ eum amiſſa
anima corpore tegebat. Catilina longe a ſuis inter hoſtiũ cada/
uera repertus eſt: pulcherrima morte: ſi ꝓ patria ſic cõcidiſſet.

BELLVM CESARIS ET POMPEI. TI. II.

IAm pene toto orbe pacato maius erat impium Ro/
manũ. q̃ ullis externis uiribus extingui poſſet. Itaq̃
inuidẽs fortuna principi gentiũ populo: ipm illũ ĩ
exitium ſuũ armauit: ac Mariana qdẽ/ Cinnanaq̃
rabies ĩtra urbẽ ꝑcluſerat: q̃ſi experiretur. Syllana tẽpeſtas latius
intra Italiã tum detonuerat. Cæſaris furor atq̃ Pompei: urbem
Italiã: gentes: natiões: totũ deniq̃ (qua patebat) impium quodã
q̃ſi diluuio: & cum inflãmatiõe corripuit. Adeo ut non recte tan
tum ciuile dicat̃: ac ne ſociale qdem: ſed nec externũ/ ſed potius
cõmune quoddã ex omnibus/ & pluſq̃ bellum. Quippe ſi duces
eius inſpicias: totus ſenatus in partibus: Si exercitus/ hic. xi. legi/
ones: ĩde. xviii. flos omnis & robur Italici ſanguinis: Si auxilia
ſocioꝝ: hinc Gallici Germaniq̃ delectus: Inde Deiotarus. Ari/
obarzanes: Tarchon Dimotus Corinthius: oẽs Thratiæ: Ca/
padociæq̃: Ciliciæ: Macedoniæ: Greciæ: Italiæ: totiuſq̃ robur
orientis. Si moram belli: quatuor annis: & pro clade rerum bre/
ue tẽpus: Si locũ & ſpaciũ ubi cõmiſſum ẽ: ĩtra Italiã: inde ſe in
Galliã: Hiſpaniãq̃ deflexit. Reuerſũq̃ ab occaſu totis uiribus ĩ
Epyro: Theſſaliaq̃ cõſedit: hic in Egiptũ ſubito tranſilit. Inde
reſpexit Aſiã: Africæ ĩcubuit. Poſtremo ĩ Hiſpaniã remigrauit
: